

FRANCISCI BLANCHINI

† IN N^ANI IHV XPI AE^E AONIS
SCI IVHANNES
BAPTESTE E&I
FICATVS EST HANC
CIVORIVS SVB TEMPORE
DOMINO NOSTRO
AIOPRANDO REGE
ET VB PATERNO
OMNICO EPESCOPO
ET COSTODESE I VS
VV VIAAAIANO ET
TANCOR PRBRIS
ET REFOA GASTAAIO
GONAEAME INDIGNVS
DIACONNVS SCRIPSI

In alia columna ex quatuor memorati altaris mensam sustinentibus leguntur nomina Ursi Magi-
stri, ejusque discipulorum, per quos structura ciborii peragebatur. Properantis præli necessitas
prohibet, nè singularum literarum barbaram formam fusis ad earundem exemplar characteribus
imitetur.

URSVS MAGESTER
CVM DISCEPOIS
SVS IVVENTINO
ET IVVIANO E&I
FICAVET HANC
CIVORIVM
VIRGONAVS
TEGOAAA
FOSCAR

Possem & ex Insubribus Langobardorum di-
plomaticis eundem stylum ostendere: quorum
specimen sit donatio Theoperti, per quam is
Basilicæ S. Ambrosii omnia bona sua mobilia,
& immobilia largitur anno trigesimo Luitprandi
Regis, Ildebrandi autem ab ipso assumpti in
consortium Regni anno septimo, tub die osta-
vo Idus Majis, indicione xiii. (Christi 740.)
rogante Protasio Notario. Ejus autographum
in eadem Basilica affervatum indicat Jo. Petrus
Poricellus in monumentis Ambrofianæ Basilicæ
Mediolanensis pag. 10.

42. In alia Italæ parte longè ab Insubribus
diffusa, quam Principes Langobardi possederunt,
Capuana scilicet in ditione, planè similem scri-
bendi barbariem Notariis reliquerunt usque ad
taeculum Christi undecimum: uti ostendit pre-
ceptum Pandulphi IV. Principis Capuæ apud
Camillum Peregrinum in hist. Principum Lan-
gob. pag. 229. anno 1034. Neque ab istorum
exemplis deficerunt cæteræ Italæ Regiones,
quæ Langobardis paruerant: quod in Spoletanæ
Ducatus historia per Comitem Campellum ex
genuinis monumentis contexta demonstrant
acta publica producta libro xv. sub Duce Hilde-
brando pag. 494 circa annum 779. sub Widone
Duce pag. 496. anno 849. aliusque similibus
apud eundem requirendis.

SALBO PAPA N IOHANNE COGNOME
TO MERCVRIO EX SCE ECCL ROM. PRESBYTE
RIS ORDINATO EX TIT SCI CLEMENTIS AD GLO
RIAM PONTIFCALEM PROMOTO BEATO PETRO
AP PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS PB OFFERT
ET IT. P C LAMPADI ET ORESTIS VV CC &c.

Uno ex lapide addiscimus electionem, & or-
dinationem Pontificis, oblationem Severi Presby-
teri, & Chronologiam Pontificiam videmus no-
tis Confularibus illustratam auctoritate marmo-
rum æqualium usque ad postremos Consules Oc-
cidentis. Juvat enim animadvertere, post ex-
actum biennium à morte hujus Johannis Papæ II.
anno Christi 534. signari Fastos Justiniano Au-
gusto III. & Decio Theodoro Paulino, quem
Chronologi observant fuisse POSTREMUM
CONSULUM OCCIDENTALIUM. Auctoritas
itaque Libri Pontificalis æquè ac laudati ca-

In nomine Dñi Iesu Xpi de donis
Sancti Iohannis
Baptistæ adi-
ficatum est hoc
ciborium sub (tempore)
Domino nostro
Luitprando Rege
Et Venerabili Paterno
Dominico Episcopo
& custodibus eius
Venerabilibus Viris Vitaliano &
Tancor Presbyteris
& Refol Gaſtaldio.
Gondelme indigonus
Diaconus scripsi.

Ursus Magister
cum discipulis
suis Iuventino
& Ioviano adi-
ficavit hoc
ciborium
Verecundus
Tegodal (vel Theobald)
Folcar &c.

A Nemo itaque jure dubitaverit, quin ætate
Gregorii III. conscribentibus Vitas Pontificum
præsto forent documenta rerum enunciatarum
non modò in Archivis, & Tabulariis, sed etiam
in marmoribus Ecclesiastarum; cum legantur
etiam nostro saeculo superstites inscriptions,
quaæ comprobant tum gesta, tum decreta, tum
etiam stylum ætatis proprium, qua decreta
conscrivebantur.

Pertinet ad hunc locum, scilicet ad monu-
menta oblationum, electionum, ordinationum,
& Chronologię Pontificię, è Romanis lapidi-
bus diligenter cura, ac fide translate in catalo-
gos, vitaisque Summorum Ecclesiæ Antistitum,
tabella illa marmorea, memorans donum, à
Severo Presbytero Romanæ Ecclesiæ Tituli S.
Petri ad Vincula oblatum sub patrocinio ejus-
dem Principis Apostolorum, post electionem
Johannis ejus nominis Papæ Secundi: quam
Em. Card. Baronius tanquam illustre documen-
tum Ecclesiastica Historia inferendam curavit
annualum tomo vii. ad annum Christi 531. Visi-
tor marmor in eodem Titulo Eudoxiæ, five S.
Petri ad Vincula, ætate nostra custoditum, &
affixum parieti navis lateralis à parte lœva ado-
rantibus ante altare Sanctissimi Sacramenti, ita
incisum:

Catalogi sub Justiniano subnixa est solido testimo-
nio lapidum publicè positorum. Sed hæc dilige-
nientius expendentur suo loco in Notis ad vitam
Joannis Secundi.

43. Accedo jam ad postremum caput docu-
mentorum, pertinens ad donationem fundorum,
& ad ornamenta Ecclesiæ collata, & in Libro
Pontificali recentita. Cordatos quisque facile
intelliget, non fuisse curata negligenter in Ar-
chivis Basilarum, ac Titulorum Urbis docu-
menta publica Principum, ac privatorum, qui-
bus prædia sive urbana, sive rurica donabantur;
cùm